BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 172r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



git eum. ligauitq; duo talenta ar
genti in duobz saccis. ⁊ duplicia ues
timenta. ⁊ imposuit duobz pueris
suis: qui ⁊ portauerunt coram eo. Cumq;
uenisset iam uespe: tulit de manu eorum
⁊ reposuit in domo. Omnisitq; ui
ros ⁊ abierunt. Ipse autem ingressus
stetit coram domino suo. Et dixit he
lyseus. Unde uenis iezi. Qui rndit.
Non uiuit seruus tuus quo quam. At
ille ait. Nonne cor meum in presenti
erat. cum reuersus est homo de curru suo
in occursum tui. Nunc igitur ac
cepisti argentum. ⁊ accepisti uestes.
ut emas olyueta. ⁊ uineas. ⁊ oues.
⁊ boues. ⁊ seruos. ⁊ ancillas. Sed ⁊
lepra naaman tibi adherebit. ⁊ se
mini tuo in sempiternum. Et egressus
est ab eo leprosus quasi nix. VI.

Dixerunt autem filij prophetarum ad
helyseum. Ecce locus in quo
habitamus coram te angustus
est nobis. Eamus usq; ad iordanem.
⁊ tollant singuli de silua materias
singulas: ut edificemus nobis i
bi locum ad habitandum. Qui dixit.
Ite. Et ait unus ex illis. Veni ergo
⁊ tu cum seruis tuis. Rndit. Ego ue
niam. Et abiit cum eis. Cumq;
uenissent ad iordanem: cedebant lig
na. Accidit autem ut cum unus ma
teriem succidisset: caderet ferrum secus
in aquam. Et exclamauit ille ⁊ ait.
Heu. heu. heu. domine mi. ⁊ hoc ipsum
mutuo acceperam. Dixit autem homo dei.
Ubi cecidit. At ille monstrauit
ei locum. Precidit ergo lignum. ⁊ misit
illuc. Natauitq; ferrum. ⁊ ait. Tol
le. Qui extendit manum ⁊ tulit
illud. Rex autem syrie pugnabat
contra israel. Consilium iniit cum
seruis dicens. In loco illo ⁊ in illo
ponamus insidias. Misit itaq;
uir dei ad regem israel dicens. Caue
ne transeas locum illum: quia ibi
syri in insidijs sunt. Misit itaq;
rex israel ad locum quem dixerat ei uir
dei: ⁊ preoccupauit eum. Et obseruauit
se ibi non semel neq; bis. Turbatum
q; est cor regis syrie pro hac re. ⁊ uo
catis seruis suis ait. Quare non in
dicatis michi quis proditor mei sit
apud regem israel. Dixitq; unus
seruorum eius. Nequaquam domine mi rex:
sed helyseus propheta qui est in israhel:
indicat regi israel omnia uerba que
locutus fueris in cellaui tuo. Dixitq;
eis. Ite ⁊ uidete ubi sit. ⁊ mittam
ut capiam eum. Annuntiauerunt q;
ei dicentes. Ecce in dothaym mora
tur. Misit ergo illos equos ⁊ currus.
⁊ robur exercitus. Qui cum uenis
sent nocte: circumdederunt ciuitatem.
Consurgens autem diluculo minister
uir dei. egressus est: uiditq; exercitum
in circuitu ciuitatis. ⁊ equos ⁊ cur
rus: nuntiauitq; ei dicens. Heu.
heu. heu. domine mi quid faciemus.
At ille rndens dixit. Noli timere.
plures enim nobiscum sunt quam cum
illis. Cumq; orasset helyseus ait.
Domine aperi oculos huius pueri
ut uideat. Et aperuit dominus oculos
pueri ⁊ uidit. ⁊ ecce mons plenus
equorum ⁊ curruum igneorum in circuitu
helysei. Hostes uero descenderunt
ad eum. Porro helyseus orauit
dominum dicens. Percute obsecro gen
tem hanc cecitate. Percussitq; eos
dominus ne uiderent. iuxta uerbum
helysei. Dixit autem helyseus
ad eos. Non est hec uia. nec ista est ci
uitas. Sequimini me. ⁊ ostendam
uobis uirum quem queritis. Duxit
ergo eos in samariam. Cumq; ingressi
fuissent samariam. dixit helyseus.
Domine aperi oculos istorum ut ui
deant. Aperuitq; dominus oculos
eorum: ⁊ uiderunt se esse in medio
samarie. Dixitq; rex israel ad he
lyseum. cum uidisset eos. Numquid
percutiam eos pater mi. At ille